



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Tertia pars, in qua dicitur Tamburinus non sibi constans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

25. Illos multos Doctores, video te, lector, velle cognoscere. Sane libenter producā, ut scilicet sententiam hanc magis confirmem, & clare ostendam, illam nimis immerito fuisse vocatam Paradoxon. Sic ergo scribit Delugo.

26. DELUGO. Dubitatur sexto, (ait T. 2. de Just. d. 4. num. 14.) an semper, quoties præcedit probatio semplema, vel iudice interrogatur, teneatur Reus rogatus sateri veritatem contra se. Hac est quæstio celebris, & necessaria ad praxim quotidianam; oportet enim omnino scire, quomodo Confessarius se debeat gerere cum ejusmodi penitentibus.

Communis sententia docet, teneri semper Reum legitime interrogatum sateri veritatem, etiamsi propter eam, plebendus esset. Hanc docet D. Thom. in præsentī quæst. 29. art. 1. Cajet. Henr. Palud. Gabr. Sot. Navar. Covar. & alii, quos affert, & sequitur Lessius cap. 3. num. 12. Tolet. lib. 5. cap. 38. Malder. in præsentī tract. 6. c. 3. dub. 1. & alii innumeri, quos congerit, & sequitur Sanch. d. c. 3. dub. 29.

27. Secunda sententia negat, illam obligationem esse adeo universalem. Excepiuntur autem ab aliquibus varii casus. Primus est, si timeatur Sententia mortis. Secundus, si dammandus esset Reus ad irremedios. Tertius, si confiscanda omnia bona. Quartus, si periclitaretur in honore, & in aliis casibus similibus. Hanc sententiam tenet Navarra, lib. 2. de Recl. d. 4. num. 137. & sequent. ubi refert Panor. Sylvest. Angel. Armil. & alios.

Eandem sequitur Emam. Rodrig. in sum. tract. de ord. judiciali. cap. 10. num. 1. ubi citatur Salzedo in Pract. Crim. cap. 26. pag. 431. eamque dicit probabilem. Vega in Pract. lib. 5. c. 422. & Less. ubi supra, numer. 18. Sā. Ver. Malder. ubi supra. Suarez etiam consultus anno 1596. eam dicit probabilem, sicut & P. Salas, P. Henriquez cum aliis Theologis; ut testatur idem Salas in schedula propria manu subscripta, quam apud me habeo. Unde excessit Turrianus in præsentī Disp. 10. dub. 2. num. 7. & in Select. Cent. 1. de Cens. Theol. dub. 75. dum hanc sententiam improbabilem omnino esse, affirmat, & non habere pro se nisi tres, aut quatuor Summistas, quorum in hac re nulla auctoritas est; Sed certe ex Recentioribus tot jam eam probabilem dicunt, ut ii, demptis etiam antiquioribus, sufficerent. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 16. diff. 1. num. 10. Filliuc. tract. 4. num. 166. Filliuc. tract. 4. num. 166. Fagund. ubi supra. c. 31. num. 11. & seq. Alcozer. in sum. c. 16. §. & Reo. Reginald. in Praxi, tom. 2. lib. 24. sect. 3. num. 3. Portel. in Dub. Reg. tit. Correctio Fratrum, v. Reus, num. 43. Peyrin. de Religioso subdito, t. 1. quæst. 1. c. 16. Dian. tom. 1. Miscel. resol. 27. Joan. Sanch. in select. dub. 43. n. 29. & seq.

28. Prima sententia probabilissima est, maxime accedente communi auctoritate: Secunda tamen est valde probabilis, & in praxi omnino secunda, præsertim in causis Capitalibus.

29. Debet autem intelligi, quando Reus sperat posse, negando, fugere condemnationem, alioquin negatio erit omnino inutilis. Probatur hæc sententia, &c. Hactenus Delugo.

30. Atque hæc, quoad prius, quando spes allucet effugiendi mortem. Quid, quoad posterius, quando spes ejusmodi non apparet? De hoc sic habet noster Author.

TAMB. num. 7. Doctrinam hactenus à nobis (ait l. cit. num. 7.) allatam, limitant citati Doctores, asserendo, posse à Reo negari sub equivocatione crimen, modo aliqua tandem eluceat spes effugiendi mortem; secus enim negatio, ajunt, esset inutilis, si ipse nihilominus convictus esset, & certo

dammandus. Ego vero censio, etiam nullam equivocationem à mortali esse etiam ejusmodi Reum excusandum (exipio cum Sanch. in Decal. lib. 3. cap. 7. cum 11. idem hæreticus; convictus enim de illa, sateri debet, non tamen hæreticus cum scandalo pariam subleat.) Ratio, quæ movet, est, quia ex una parte de iuramentum est, bonum non posse infringi ad concurrendum ad mortem suam, & ex alia parte ad summum in hoc casu offenditur (statim offenditur) potestas Superioris in re levi. Si enim Reus non convictus est, certoque plebendus, nihil addet confessio, quantum ad punitionem criminis, de qua est sermo: cum tunc sit ad dammandum satis instructus; in qua quæ gravi offenditur potestas ipsius.

31. Sed certe notat Sanch. lib. 3. in Decalog. cap. 1. num. 11. Iudices Reum interrogantes, namque quem iudiciorum causa, probationisque illi aperire, fieri quæritur sententia, quod id, ad legitime interrogandum, non reoratur, cum igitur Reus statum suæ causæ ignoret, sine præsumere poterit, fore spem effugii, si se crimen non fateatur; & sic semper in praxi, etiam in adversariis sententia, possit veritatem occultare.

32. Denique quod dictum est de periculo vite, æternæ communitur ad quodcumque malum græve, puta exilium, bonorum amissionem, irremedios, gravem infirmitatem &c. in Delugo l. cit. num. 15. ad hæc enim tam gravis mala perinde, ac ad mortem advertendam, ius naturæ nos arctat, nos urget.

33. Quid de malo levi? præcipiat mihi Superior, ut fatear, an dixerim mendacium iocifum, an sim fornicatorum, an silentium in Religione fregim, ex quo censum mihi non nisi malum leve accendere possit? vel præcipit, ut fatear, homicidium (furtum grave, &c.) ex quo confessione certus sim (ita suppono) solum malum leve maxime, si negem cum equivocatione, quodammodo peccatum committam?

34. Respondeo. A mortali fortasse excusandus esset, quando contrarius sit Delugo, tom. 2. de Just. d. 4. c. 16. §. 16. fine. Ratio esse potest, quia, vel de iuramento debetur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi infirigam; vel quia, si agitur de pena levi infirigenda, videtur & leve, & non rigorosum Superioris præceptum; vel quia exequutio talis veritatis non oritur grave malum Reip. si solum levis pena sit imponenda. His tamen exceptis, nulli alio modo communi aliter posuisset; vel nisi sic diceret, non malum grave impendens Tertio; tunc enim charitas cogit, ut meo levi malo bonum grave Reip. vel proximi propinatur. Hactenus Tamburinus.

35. Non me cohibere possum, quin cautionem repetam, (saltem à mortali excusandum, exceptis hæreticis. Non offenditur potestas publica in re gravi, tunc praxim semper Reus potest præsumere spem effugii, tunc nam inde manifestum fit, quam mutila & reducta dicta Tamburini, utis possit facile ab ignorantibus accusari; at certe, non à sapientibus.

Tertia Pars.

In qua dicitur Tamburinus non sibi constans.

36. BARON. Sic habet l. cit. §. 3. fol. 81. Hac duo docet Tamburinus. De iure natura &c. ne leve mihi vulnus infirigam. Et, ad reverentiam, &c.

damnaque gravia vitanda potest quislibet sibi falsum crimen imponere, etiam si mors sit inde secutura. Hæc duo non conveniunt: Si enim ius natura obstat, ne quis sibi vulnus infligat, quæ ratione patietur, ut quis se interimat mendacio.

27. Sed nimis obvia est mihi responsio: hæc secundam partem docet quidem meus Thomas; sed primam non docet certo, sed sub verbo dubitandi. Deinde Tamburinus non dicit, ius natura obstat, ne quis sibi leve vulnus infligat, sed, De jure natura videtur, ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam. Quæ duo sunt longe diversa; nam ex primo sequeretur, peccare in omni casu sibi vulnus leve infligentem, quod falsum est: digito enim, v. g. gliscite vulnero, imò abscindo, ne totum brachium marcescat. At ex secundo sequitur tantum, quod ex jure naturæ me possim defendere à levi vulnere, non quod omnino debeam. Simile quid dicimus, de jure naturæ esse matrimonium. Non enim sic hominem ad matrimonium obligamus, sed solum ostendimus, ejus juris esse, ut matrimonium inire possit. Præterea non dicit Tamburinus, (se mendacio posse interimere,) sed cum æquocatione, quod certe mendacium non est. Et item non dicit (se interimere) sed per dictam æquocationem se liberare posse à tormentis gravibus, esto deinde per accidens sequitur mors, à se non intentata; sicuti infirmus potest regulare medicinam, v. g. sectionem difficillimam, quia ut alibi dicitur, & notavit Joan. Saneius (supra c. 17. num. meo 6. allatus) vita non est digna, ut cum tanto dolore conservetur.

Quare falsum est, duo Tamburini dicta sibi non convenire, conveniunt enim maxime. Ejus enim dicta hæc duo sunt. Natura concedit, ut ego possim me tueri à vulnere levi, Natura patitur, seu concedit, ut ego per æquocationem fugiam tormenta gravia, esto indirecte sequatur mors, à me nequaquam intentata, nec à me mihi danda. Ubinam vel umbra hic est discordiæ?

Cum hæc igitur sit vera Tamburini doctrina, qua veritate illum contra se pugnasse confingis?

38. Advocatus quidam (narrat Jacobus Malenius in arte argutiarum fol. mibi 200.) in tectulo pleurumque causatum in ludicio victor, postquam Religiosum Ordinem subisset, ac pro Monasterio lites propugnaret, victus plerumque cessit: causam rogatus, cur ante victor, omnia nunc amitteret, non audeo (respondit) mentiri, ut antea. At Baronius, an ab hujus p. i. hominis documento longe distet ipse consideret. Distat enim ab eo, non solum Paralanga, quæ apud Persas intervallum est 30. stadiorum, ut ipse supra c. 21. num. 11. meo dixit de Tamb. sed plus quam Schæno, quæ est 60.

39. Hic præterea non omitam id, quod omisit Baronius, is enim prædictam primam partem his verbis, & se jure refert, & quasi ut certo à Tamburino dictam, De jure natura est, ne leve mihi vulnus infligam, alias autem rationes à longe salutari.

40. At Tamburinus illam sub adverbio dubitandi (fortasse) id est, sub incertitudine assertit (ut modo innui) nec ejusmodi sententiam munit sola ratione ducta ex jure naturæ, sed aliis; & denique nonnullas limitationes eam admodum hinc inde adiungit, quæ omnia pro suo inst. tuto prudenter silentio noster Impugnator obvolvunt. Legat iterum Anagnostes germanam Tamburini doctrinam, lib. 3. cap. 4. §. 3. num. 10.

41. TAMB. Quid de malo levi, v. g. præcipiat mihi Superior, ut fatear, an dixerim mendacium jocosum?

An sim surdus obolus? An silentium in Religione fregerim? ex qua Confessione mihi, non nisi malum leve accidere possit, vel præcipiat, ut fatear homicidium, furtum grave. &c. ex cuius confessione certus sum (ita suppono) solum malum leve me incursum, si negem cum æquocatione, quodnam peccatum committam?

42. Respondeo à mortali fortasse excusandus esses, quævis contrarius sit Delugo, T. 2. de Justit. d. 40. lect. 1. num. 16. line. Ratio esse potest, vel quia de jure natura videtur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam, vel, quia, si agitur de pœna levi infligenda, videtur & leve, & non rigorosum Superioris præceptum, vel, quia ex negatione talis veritatis non oritur grave malum Reip. si solum levis pœna sit imponenda.

43. Hic tamen excipio, nisi alias bonum commune aliter postularet, vel nisi sic deberet averi malum grave impenitens Tertio, tunc enim Charitas exigit, ut meo levi malo bonum grave Reip. vel proximi præponatur. Ita Tamburinus.

Animadvertis, quoties Baronius infideliter agit? Si semel in hunc errorem prolapsus esset illum benignus excusarem; primus enim lapsus, vel casui imputatur, vel imprudentiæ; at, quia iteratus stultitiæ dari solet, aut infestitiæ; non possum non meminisse illius Lyrici catminis.

Et Citharædus

Rident, chorda qui semper oberrat eadem.

CAPUT XXIV.

Tertium Paradoxum.

De instigante jurare falsum, quod jurans verum putat.

1. Tertium hoc Paradoxum sic evulgat Baronius, majore, quam Sybaristæ fastu præturgidus.

BARON. ibid. fol. 95. Superiora Paradoxa videntur posteriora vincere, & augere. Refert idem Author (Tamburinus) b. 3. c. 1. quæsitum, an liceret ad falsum juramentum adducere testem, qui bono animo rem putat veram, seu auctori ad jurandum, compertum est, esse falsum.

Ad hanc Quæstionem prius negative respondit Tamburinus ab exemplo ducto illius, qui instigaret ebrum ad incessendum contumeliosum parentem, vel infantem ad blasphemandum Deum, vel servum ad laborandum die, quem ignorat, festo.

2. Et paulo post. At hoc consilium retractavit postea commentitia quadam differentia; quia qui auctor est ebrío conviciandi parentem, vel servo die festo laborandi, cognoscit eas actiones materialiter pravas, & nullo modo inducere ullam bonitatem, ac proinde nec intendi, nec persuaderi posse. At juramentum, inquit, quod sine damno proximi bono animo jurantis fit, etiam de re falsa, æquus est studiosus Religiosis, quem potest, ut finem inspicere, qui per suadet juramentum rei falsæ.

3. Atque hujus inventi gaudii, vix sui compe, addit Subtilis alium videbatur, sed certe vera distinctio, ut si penetraretur, censenda sit in posterum probabilis hæc sententia ab Huetodo inventa, antra improbabilis, d. n. cist. nova cogitatio accessit illi probabilitas. Ad minus aliqua tenuissima. Sed revera nulla accessit. Quid enim dicit ad exemplum

Ddd 4

[servi]